





Kern 86  
(1-54; a-g)

(27)  
CONSPECTVS  
ACROASIVM

QVIBVS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE

PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI c1o lxxcliv.

OCCVPAEVTVR

PRO-RECTORE

IOAN. TOBIA CARRACH, ICTO,

REG. MAIEST. BORVSSICAE A CONSILIIS INTIMIS, FACVLT. IVRIDICAE  
SENIORE, NEC NON PROFESSORE IVRIS PVBL. ORDINARIO, ALVM-  
NOR. REGIOR. ET PROVINC. HALBERSTADIENS. EPHORO



P. P. D. XXVIII. SEPTEMBR. MDCCLIV.



HALAE SALICAE, LITTERIS HENDELIANIS.



## Lectiones Pro-Rectoris.



IO. TOBIAS CARRACH *privatim* ad 1) B. DN. BOEHMERI *Institutiones Iuris Canonici* hora IX. *matutina* commentabitur. 2) LUDOVICI *Doctrinam Pandectarum* horis X. & II. interpretabitur. 3) PERILLIO SAMUELIS FRIDERICI BOEHMERI *Iurisprudentiae Criminalis elementa* Hora III. *pomer.* exponet. 4) Collegium *Processuale* elaboratorium quoque indulgebis illud desiderantibus & in tempore nomina sua dantibus.

## LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS *pastorales* institutiones denuo tradet, de iis, quae ad *speciales* in ministerio sacro curas spectant, paulo vberius tractaturus. *Paraeneticis* praelectionibus monita, quae theologiae cultoribus necessaria iudicabit, ex *Epistolis* ad *Timotheum* desumere, & *asceticam* applicationem prioris ad *Thessalonicenses* cum illius *exegefi* coniungere perget.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS Hora IX. ante meridiem *Psalms* Davidis & *Proverbia* Salomonis, hora vero X. *Evangelia* Matthaei, Marci & Lucae, ordine harmonico digesta, ex *sacris* fontibus *Ebraeis* & *Graecis* explanabit.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN b. c. D. hora VIII theologiae *dogmaticae* alteram partem; *antibeticam* autem hora XI priorem explicabit, finita propediem *historia* *secltarum* religiosarum; h. IIII *hermeneuticae* sacrae regulas tradet; *praxin* vero, post finitam posteriorem ad *Thessalonicenses*, interpretatione & *facilioris* *epistolae* Pauli ad *Philemonem* & *difficilioris* ad *Galatas* praebit h. VI *tribus* prioribus profectis diebus: *publice* bis per *hebdomadem* disputabis diebus Iouis & Veneris.

IO. HENR. CALLENBERG ad finem perducta *Prophetarum* minorum *explicatione*, ad *Danielis* venit *tractationem*, ex *sermone* *ebraico* *insituentiam*, ad alios posthac, pro *auditorum* desiderio & *delectu*, *progressurus* V. T. libros, reliquis *difficilioris*. Praeterea *commentatio* ad *regulas* *studii* *theologici* *generales*, in B. FRANCKII *Methodo* traditas; *continuuabitur*; item ductu *Zeltneriani* *scripti* *exercitatio* *antiindauca*.

IOANNES GEORGIUS KNAPP per hiemem *primo* alteram *Theologiae* *dogmaticae* partem *anthropologiam* scilicet explicabit. Deinde *historiam* *ecclesiasticam* N. T. incipiet. Denique *tractationem* *asceticam* *epistolarum* *apocalypticarum* persequetur.

I. S. SEMLER iuvante Deo 1) praebit *August. Confessionem*; 2) *introductionem* ad *sacrum* *Codicem* *literariam*; 3) ad *historiam* *conciliorum*. Nec deerit iis, qui *exercitium* *disputandi*, & *legendorum* *libellorum* *Graecorum* *patrum*, *continuuatum* *volent*.

## IURIDICAE.

DANIEL NETTELBLADT hora IX. *systema* suum *vniverſae* *iurisprudentiae* *naturalis* explicabit; hora X. & II. vero SCHAVMBVURGII *compendium* *iuris* *Digestorum*. Docebit porro hora XI. *ius* *publicum* duce SCHMAVSSIO, & hora III. *institutiones* *iurisprudentiae* *ecclesiasticae*, quas nuper V. C. SCHMIDVS *lenae* *edit*, *illostrabit*.

PHIL. IAC. HEISLER per hiemem explicabit 1) *Cel. ENGAVII* *Elementa* *Iuris* *canonici*, 2) *LUDOVICI* *Doctrinam* *Pandectarum*, 3) *HEINECCII* *Elementa* *Iuris* *ciuil.* *secundum* *ordinem* *Institutionum*.

## MEDICAE.

MICHAEL ALBERTI *Doctrina* *publica* *Morbos* *animi* s. *Deliria*, *pathologico* *Practica* *consideratione* tractabit. *Privato* *studio* *Therapiam* *generalem* a II. ad III. p. m. ordietur: a IX. ad X. *Materiam* *Medicam* *per* *tria* *naturae* *regna*, a X. ad XI. *Praxin* *specialem* *commendabit*.

I. IVNCKER *lectionibus* *publicis* *chirurgiam* *medicam* *docere* *perget*, & *ſeſſione* *altera*, quae de *vleeribus* agit, ad finem nunc perducta, *tertiam* de *vulneribus* incipiet, eamque *decem* *capitibus* *contentam* *imminente* *ſemestri* *hyemali* *absoluet*. *Horis* *privatis* *therapiam* *specialem* *inchoabit*, *ſingulosque* *morbos* *exemplis* *illuſtrare* *operam* *impendet*. *Privatiſſima* *ſchola* *exercitationes* *clinicas* *cum* *prouectioribus* *viſita* *more* *continuuabit*.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publice*, *conſuetis* *hactenus* *diebus* & *horis*, *commen*



commentabitur in celeberrimi Altorfni Medici, D. BAIERI, *Introductionem in Medicinam forensen*. Priuatim hora VIII. matut. *specialem* explanabit *Patbologiam*, genti-  
nae ac verae morborum historiae superstructam; hora X. *simplicium medicamentorum*,  
ex tribus Naturae regnis defunctorum, *facultates & usum* exponet, ac hora XI. funda-  
menta *Therapiae generalis* tradet, horumque laborum initium faciet die XXI. Octobris.

FRIDERICH HOFFMANN, P. P. O. publice hora IX - X. *physiologiam* doce-  
bit, priuatim vero hora X - XI. collegium in materiam medicam inchoabit, simulque  
res, quae in hoc collegio pertractantur, auditoribus ostendet, deque eorum usu &  
modo agendi differet. Initium harum lectionum erit finitis instantibus nundinis Li-  
psiensibus die XXI. Octobris.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER, more consueto, horis antemeridianis  
instituet *praeparationes anatomicas priuatas & priuatissimas*, pomeridianis anatonem in  
corporibus humanis docebit, demonstrationibusque *praelectiones opeologicas* ad ductum  
compendii sui iunget: publice vero, data occasione, *differentia foetus & adulti* osten-  
detur.

## PHILOSOPHICAE.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS, in gratiam illorum, qui in  
Chaldaicis, Rabbincis, & Masora exerceri cupiunt, publice hora III. post meridiem  
*Hosam illustratam* Chaldaica Ionathanis versione, & commentariis rabbinicis Raschii,  
Eben-Esrae, & Kimchii, (cuius vt exemplaria haberi possint, curabit) praeleget.

MICHAEL ALBERTI Officio publico *Influxum Morum & Passionum animi in*  
*Oeconomiam Vitae & Sanitatis*, in usum prudentis Socialitatis, explicabit.

IOANNES IOACHIMVS LANGE, Math. P. P. O. publice h. 4. *Mathesin puram*,  
h. e. *Mathesin vniuersalem, Arithmeticom, Geometriam* atque *Trigonometriam* demonst-  
rabit. Priuatim h. 2. *Mathesin applicatam* in disciplinis *Mechanicis, Opticis, Astronomicis, Ar-*  
*chitectura ciuili* atque *militari* docebit. *Physicam dogmatico-experimentalem* h. 1. explica-  
bit. In *Historia naturali* explicanda die Saturni horis a prima ad tertiam occupabitur.  
*Astronomiam* conuenienti tempore peculiari opera illustrabit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER in publicis praelectionibus explanabit *Cosmolo-*  
*giam & doctrinam de elementis*; priuato autem studio occupatus erit in enodanda illa  
Historiae naturalis parte, quae *animale complectitur regnum*, horasque laboribus hisce  
destinandas finitis nundinis e valuis publicis indicabit.

FRIDERICVS WIDEBVRG finitis nundinis Lipsiensibus d. XXI. Octobris a X-  
XI. duce PVEENDORFIO tradet *Historiam Vniuersalem*, ac post antiqui orbis, prae-  
sertim rei Romanae, historiam, regnorum Europae, quae hodie florent, originem,  
facta ac vicissitudines methodo pragmatica ostendet: a XI - XII. duce STRV-  
VIO *Historiam Imperii Germanici* ab aeuo Caroli M. proponet, non solum ad ea argumenta sin-  
gularem directurus industriam, quae in Iure Publico Germanico usum praestant, ue-  
rum etiam ubique detecturus insidiosas & Machiauellicas Cleri artes, quibus ad Ec-  
clesiasticam dominationem aditus paruit. A IV - V. praelectiones historiae Germa-  
nicae, & a V - VI. historiae uniuersalis, nondum peractas, absoluet, hisque ad finem  
perductis Collegium in *origines praecipuorum Iuris Publici argumentorum* in Goettingen-  
sis Antecessoris meditationes, hora, quam commodissimam iudicabit, addet.

IO. HENR. CALLENBERG linguae graecae *vulgaris* (quae vernacula est ma-  
gnae Ecclesiae Orientalis parti, dignae, cui ab occidentali studiosius succurratur, & sin-  
cerius, quam factum hucusque est) eradet elementa, suis in illam *Tabulis synopticis*  
vsurus, & *libellis*, eodem idiomate a se euulgatis, in quibus KEMPISVS est de *imi-*  
*tando Christo*.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ b. c. D. publice in *curso oeconomico* perget.  
Priuatim hora IX - X. *Metaphysicam Wolfianam*, & h. X - XI. lectiones philologicas in  
*novi foederis libros* restaurabit. h. II - III. *Prophetas priores*, libros scilicet *Iosuae, Iudicum,*  
*Samuelis & Regum* ex fonte ebraico interpretabitur; denique h. III - IV. *Logicae* prae-  
cepta ad ductum b. WOLFII tradet. Initium sument hae lectiones finitis Lipsien-  
sibus nundinis.

GE. FRID. MEIER interpretabitur h. 9 - 10. *Metaphysicam* cel. BAYMGARTEN.  
2 - 3. LOCKII *tractatum de intellectu humano*. 3 - 4. *Logicam* ad ductum Compendii sui.  
Publice aperiet Collegium disputatorium, & priuatissime continuabit *Metaphysicam*.

## EXTRAORDINARIAE.

ADAMVS STRVENSEE partem alteram theologiae moralis explicabit, de iu-  
rispru-

risprudencia diuina expositurus: deinde epistolam Pauli ad Hebraeos interpretabitur; & denique lectiones asceticas continuabit.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN ad intelligentiam *Ieremiae prophetae*, succincta & paraphrastica *vaticiniorum illius* explanatione viam muniet, eademque ratione ex contextu graeco N. T. *priores Pauli epistolas tres* illustrabit. *Hermeneuticae praeerea sacrae* regulas tradet, *disputationibusque dogmaticis* porro bis per hebdomadam vacabit.

D. IO. FRID. IOACHIM Hora IX. *Ius Feudale*, ad ductum *Elementorum* B. WOLFII, docebit; hora XI. *Institutiones iuris ciuilibus*, ad seriem *Elementorum* B. HEINECCIUM, tradet; hora III. *Historiam Imperii Germanici*, ad normam compendii sui: *Einleitung zu der Reichs-Historie*, proponet; hora IV. *Historiam Vniuersalem Regnorum Europae*, ad filum libri sui: *Einleitung zu den Geschichten der Europaeischen Koenigreiche*, pragmaticè enarrabit. Denique *Collegium artis diplomaticae* aperiet selectis auditoribus.

CAROLVS FRIDER. PAVLI Hor. IX. *Historiam Imp. R. G.* ad SCHMAVSSII *Historisches* Ius Publ. X & II. *Notitiam Statisticam regnorum Europ.* IV. *Histor. Vniuersalem* ad GEBAVERI *Grund-Riß*. V. *Notitiam Statisticam Imperii R. G.* VI. *Notitiam Statisticam Prouinciarum Germaniae* docebit.

IOAN. PHILIPPVS CARRACH diebus Mercurii & Sabbati hor. I. pomerid. publice tradet *historiam & antiquitates ecclesiasticas* in usum iuri canonico & ecclesiastico operam nauantium praeunte B. DN. BOEHMERO libello: *Kirchenstaat der drey ersten Iahrhunderte*. Hora XI. matut. principii *iurisprudenciae ciuilibus Romanae, Germanicae & Brandenburgicae* B. DN. HEINECCIUM *Elementa iur. ciu. sec. ordinem Institutionum* secutus, nec non hora VIII. matut. explicandis doctrinis *Iuris Publici vniuersalis* B. DN. BOEHMERI, ut & *collegio examinatorio* hora nomen dantibus indicanda, *privatam* accommodabit industriam.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE per instans semestre hybernum hor. X. & II. *LYDVICI Doctrinam Pandectarum*, nec non hor. XI. HEINECCIUM *Elementa iuris ciuilibus secundum ordinem Institutionum* omni fide ac industria interpretabitur.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestre hyemale *Fundamenta botanica* publice praeleget. *Privatim* vero d. Saturni hora X - XI. *Differentiam Fructuum, Seminum & capsularum Seminalium* explicabit. *Initium* erit die 26. Octobr.

D. FRID. LEBERECHT SVPPRIAN publice *physiologiam* exponet; *privatim* BOERHAAVII *institutiones medicas & pathologiam generalem* ad ductum SCHVLZII pertractabit.

CHRISTOPHOR. CAROL. STRVMPFF publice Cl. LINNAEI *Fundamenta botanica* iterum exponet. *Privatim* hor. VIII - X. *Chemia experimentalem*; hor. II - III. *Chirurgiam*; & hor. IIII - V. *Historiam medicinae* tradet.

D. ERN. ANT. NICOLAI publice *morbos oculorum* explicabit, *privatim* hora VIII - IX. *materiam medicam*, hora IX - X. *therapiam generalem*, hora X - XI. *physiologiam*, hora XI - XII. *femioticam*, & hora II - III. *pathologiam* tam generalem quam specialem docebit.

F. C. IVNCKER publice *medicamenta*, quae in officinis venalia prostant, ad ductum *Dispensatorii Boruffo-Brandenburgici* explicabit. *Privatis* *Lectionibus Physiologiae & Pathologiae* docebit. *Praeerea materiam medicam* ita interpretabitur, ut quaelibet illius subiecta oculis conspicienda exhibeantur. *Initium* harum *Lectionum* B. C. D. erit finitis *nundinis Lipsiensibus*: horas autem *laboribus* hisce destinandas publicis *valuis festine* indicabit.


D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS *lectiones suas* 1) *epistolicas*, 2) *oratorias*, & 3) *linguae latinae* *fundamentales*, horis cuilibet aptissimis, fauente Summo Numine *redauspicabitur*; *omnisque generis carmina, orationes, epistolas* &c. *desiderantibus* ab eo *desiderabit*. *Plura* coram.

CHRISTIANVS WEBER hor. VIII - IX. *Mathesin puram* b. WOLFII, hor. IX - X. *eiusdem Metaphysicam*, hor. II - III. *Logicam* b. CORVINI, & hor. III - IV. *Ius naturae & gentium* ad ordinem *Compendii* laetini b. WOLFII iterum interpretabitur.

D. IO. PET. EBERHARD publice *exercitium disputatorium* continuabit. *Privatim* hora X - XI. *Mathesin puram*, h. XI - XII. *Mathesin adplicatam* duce *Perillust. L. B. DE WOLFF*, hora I - II. *Physicam dogmaticam & experimentalem* in proprium *compendium*, & h. II - III. *Algebram* in T. IV. *Elementorum germanicorum WOLFII* explicabit. *Privatissimas* quoque *scholas medicas* *selecto* *Commillitonum* numero *denuo* offert.









(27)

# CONSPECTVS ACROASIVM

QVIBVS  
PROFESSORES  
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE  
PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI clō 1824.

OCVVPAEVTVR

PRO-RECTORE  
IOAN. TOBIA CARRACH, Icto,  
REG. MAIEST. BORVSSICAE A CONSILIIS INTIMIS, FACVLT. IVRIDICAE  
SENIORE, NEC NON PROFESSORE IVRIS PVBL. ORDINARIO, ALVM-  
NOR. REGIOR. ET PROVINC. HALBERSTADIENS. EPHORO



P. P. D. XXVIII SEPTEM

HALAE SALICAE, LITTE

